Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8207
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

semper posset. Non fieri puto aliqua quomodo
aut coniectura fieri posset ad interrogata re-
quisitione magna indiget nec est conve-
niens modum libris inscribi, licet fortassis
credens pondus responsionis non possit colligere
nisi ex pondere interrogationis in tumultuo-
sitatem quorum moventis ad interrogandum ex-
pulsione aliqua futuri eventus mota esse
videtur, licet unde motus sit non videat,
sicut qui in oculo sentit quod non videt in-
vestigat ab alio ut videat quid desit.
Orator: Arbitror te dicere velle quemadmodum
in arte pitagorica ex varia combinatione
nominis interrogantis matris hore diei ac
lunis hinc traditur modum responsa venandi,
aut sicut vates ex sortibus aut lectione casua-
li librorum sibillinorum aut psalterii aut
domibus celi ut geomanticis figuris aut
avium cantu seu flamme ignis flexione aut
relatione tercii aut aliquo alio casuali
interventu iudicium sumendum. Idiota:
Sic fuerunt qui ex tollo nomine quam non interro-
gante habebat in referendis nominis de
parte dispositione venabantur indirecte
responsionem quasi spiritus impulsivus sit.